



Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia 10. Ioannes ante suam natuitatem mira agit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Ibo comes, comes ibo. Deum, si vincit a palato
 Lingua sedet, membris omnibus opto loqui.
 Sic tibi nunc viuam, vix dum qui viuo parenti,
 Tu puer alme patens me tibi saepe paris.

Elegia 10.

**Ioannes ante suam natiuitatem
 mira agit.**

Parturit alma parens, exspectas virgo querelas?
 Plaude, puer matri gaudia sera parit.
 Aureus ille puer, primo qui maximus ortu;
 Quem coluere nurus, quem coluere viri.
 Mente virum sapit ipse, rudi vix sensus in quo
 Clauditur: è clauso carcere liberabit.
 Currit, & angustâ pes hæret compede victus.
 Ludit, & adstringunt vincula curta manus.
 Cor micat exsultim iua cui vix cordis imago est.
 Ante canit preceo; quam tuba nata fuit.
 Ante chorum ducit, thalamus quam limina pandat.
 Ante canit, plectrum quam manus arte regat.
 Astra subit, neandum terris qui serpere cepit.
 Ante tubam viator premia clara rapit.
 Nox grauata & roseo iam Proosphorus emicat astro.
 Necdum gemma rumer, fœta stat vua mero.
 Iamque audito pede currit, & igneus ambit IESVM,
 Iamque tenet metam; nec via pandit iter.
 Cælestes prius haurit opes, quam colligat artus:
 Ante Deo, vitæ quam sibi tiro sapit.
 Entheus ante pio cor spiritus imbuit igne;
 Ignea quam toto corpore vena fluat;
 Occupat ante decus regini; quam corporis usum.
 Inclususque vtero sidera liber adit.
 Et regit arma; prius quam dux sit idoneus armis.
 Et rata palma viret, nec sibi pugna stetit.
 Ac media de nocte videt sibi surgere solem.
 Pene prior morbo, certa medela venie

Quis

Quis non attonito decus hoc miretur hiatu.
 Quale feret vates nullus, & ante culit.
 O puerum! sed non puerum, miracula rerum
 Cui tot in obscuro carcere ut astra, micant
 Qui potis est miris sic omnia verte re formis?
 Mirus hic inuerso viuit in orbe puer.
 Quis neget? ecce nouos in uertitur orbis in orbis,
 Lex vetus ipsa nouæ gloria legis exit.

Elegia II.

Ioannes ardet ex vtero materno elu-
 Etari ut Christo fruatur.

A D M A T R E M.

Q Vis dabit ut duro genitrix quæ em carcere claudit,
 Inuidia victrii rupero claustra manu?
 An tristes trahit ergo moras vox nuncia gaudi?
 Numen adest; & amans numine tardo frui?
 Ut quid enim surdis mera nox caput obsideat umbris?
 Quem prope sol tangit, cur sine sole gemat?
 Inuideat pueru natura nouerca salutem?
 Inuidet, æ miseris prægrauat ora modis.
 Scilicet inuisas offundit ut umbra, tenebras,
 Traduce fæcundum criminè crimen Aui.
 Fac, propior socio contingam lumine lumen;
 Ni facis ah! umbra iam minor umbra cadam.
 Annus? o! vincis dolor illigat ætumosis.
 Restat adhuc ternis luna terenda rotis.
 Orsa ter illa, suum ter & illa retexet honorem;
 Ante meum festo quam inbar igne fluat.
 Hei mihi! ter deno spatiam vell longuis anno.
 Non horas, numerat puncta perennis amor.
 Cur pigras numerem lunas lunæue labores;
 Cui mora quæque moræ sæcula longa facit?
 His oculis lucis fons aureus ardet I E S U S;
 Et mihi nox ymbrat lumine cassa caput.

Virgo.